



2 de març de 1349

Reconeixement de dona pròpia de Mateua Feliu, de la Vila d'Avall de Franciac, a favor de Pere Mataró, de Franciac.

Fons Calderó. Pergamí, 12,5 x 28 cm.

TRANSCRIPCIÓ

Sit omnibus notum quod ego Mathea, uxor Mathei Felicis, Ville Daval de Franciacho confiteor et recognosco vobis Petro de Matarono de Franciacho quod ego sum femina propria et solida vestri Petri de Matarono de Franciacho eo quare intravi mansum Felicis qui pro vobis tenetur, quo circa promitto vobis quod ego una cum omni prole mea a me decetero mascitura ero vobis et vestris bona fidelis et legalis in omnibus et per omnia, et vos et vestros ubique reclamabo per dominos meos naturales et non alios, et non intrabo crastrum, villam, civitatem vel etiam alia locha propter quod vos me amittere possetis et alias lucrari, et pro predictis attendendis oblico vobis et vestris me et omnia bona mea ubique. Iurans etiam per Deu et eius sancta IIIlor Evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula rata et firma habere, tenere et servare et non contravenire aliqua ratione, iure vel modo, et ad maiorem firmitatem predictorum facio vobis homagium ore et manibus comendatum iuxta usaticos Barchinone.

Actum est hoc sexto nonas marcii, anno Domini millesimo tresentesimo quadragesimo octavo.

Sig+num Mathee, uxoris Mathei Felicis, predicte qui hoc firmo et laudo.

Testes huius rey sunt Guillermus Fort et Guillermus Coma de Franciacho.

Eg(*signe*)o Jacobus Jalberti publicus notarius Calidarum auctoritate nobilis viri domini Petri de Montecatheno hoc escribi, feci et clausi cum raso et emendato in IIIla linea ubi dicitur etiam et cum suprascripto in prima linea ubi dicitur Daval.